

Bibliothèque numérique

medic@

**Riolan, Jean / Du Chesne, Joseph /  
Mayerne, Théodore Turquet de..**  
**Apologia pro Hippocratis et Galeni  
medicina adversus Quercetani librum  
de Priscorum philosophorum verae  
medicinae materia, praeparationis  
modo atque in curandis morbis  
praestantia.**

*Parisiis : ex officina Plantiniana apud Hadrianum  
Perier, 1603.*

*Cote : 90958x132x02*

APOLOGIA

PRO HIPPOCRATIS ET GALENI MEDICINA ADVERSUS QUERCETANI LIBRUM DE PRISCORUM PHILOSOPHORUM VERÆ MEDICINÆ MATERIA, PRÆPARATIONIS MODO ATQUE INCURANDIS MORBIS PRÆSTANTIA.

*Accessit Censura Scholæ  
Parisensis.*




PARISIIS,

*Ex Officina Planiniæna*

Apud HADRIANVM PERIER,  
via Iacobæa.

M. D. CIII

0 1 2 3 4 5



3

ÆQUISSIMO SENATVI  
MEDICORVM PARISIEN-  
sium collegium sanitatem.

**A**NDIV stetit Respublica Romana (Senatores æquissimi) quandiū moribus antiquis vixit, & seniores in consilium adhibuit: Nouitatis studium illam & florentissimas alias ciuitates perdidit. Quam sapienter scripserit Euripides, omnes magnas mutationes esse funestas nostro malo experti sumus, à quo vix dum liberè respiramus: propterea gestabat collo laqueum quicumque Romæ nouas leges proponebat: Utinam hoc modo prodirent in publicum qui Hippocratis leges de benemedendo gentium omnium vno consensu tot sæculis approbatas, abrogare cupiunt ut impij Pseudomedici Alchymia in eius locum sufficiant: utinam ex decretis

A ij

*Aegyptiorum: morte punirentur quicumque alius quam consuetis & ordinariis remediis agros curant. Vestrum est prohibere ne serpat latius hoc virus, agitur enim de vestra & civium omnium vita quam nos quotidie servamus remediis quorum maiores nostri tulerunt pericula: Isti periclitatores suorum in vobis volunt facere periculum (Dij talem terris auertite pestem) Sua remedia hoc tantum nomine commendant quod sint gratiora, quia materiae foecibus repurgata. Nos praeferrimus materiata, quia formarum physicarum vires à quibus manant omnes actiones, sine materia certo modo temperata sunt otiosae & inefficaces. Huius controversiae praecipua capita vobis ob oculos ponimus, ne videantur damnari indicta causa: supplicesque à vobis petimus, ut reuiviscat singulare senatusconsultum quo cauetur nequis Lutatiae de medicina quidquam in lucem edat quod non sit à Medicorum collegio approbatum.*



## A P O L O G I A

PRO HIPPOCRATIS  
ET GALENI MEDICINA  
aduersus Quercetani librum  
de priscorum philosophorum  
veræ Medicinæ materia, præ-  
parationis modo atque in-  
curandis morbis præstantia.



Q U E M A D M O D U M  
qui publicum fontem  
veneno infecit graui-  
ùs punitur quàm si pri-  
uatum hominem eodem saltu-  
lisset, quia malum quò commu-  
nius eò deterius ; ita seueriùs le-  
ges in eos animaduertunt qui  
scripto publico falsas opiniones  
spargunt in vulgus, quàm si in

A. iij

priuatis colloquijstemerè eas ef-  
futarent : propterea Principum  
edictis & senatusconsultis cau-  
tum est, ne quis Theologiæ aut  
Medicinæ libros in lucem emit-  
tat qui priùs non fuerint reco-  
gniti & probati à Censoribus  
quosaltervtra facultas nomina-  
rit : Horum est prouidere ne le-  
ctorum animos hoc venenum  
contaminet, quod tantò peius  
censendum est, quanto animi vi-  
tia vitijs corporis sunt deterio-  
ra : Ausus est tamen non ita pri-  
dem Quercetanus suas ineptias  
spargere in vulgus Medicis in-  
consultis, quinetiam senioribus  
eas probari publicè profiteri,  
Quid potest ab eo sperari qui à  
tam insigni mendacio tantæ  
molis opus exorditur ? De sexa-  
ginta Medicis Parisiensibus non  
est repertus vnus qui istius Ma-

ærothecias principia non ciu-  
rarit, cuiusque librū vt barbarū  
& infulsum non dānarit. Omnes  
vno consensu palàm professi  
sunt eius scripta non tantū ef-  
se falsa sed etiam ridicula, non  
modò quòd infinitis scateāt so-  
læcismis quales si trium men-  
sium grammaticulus committe-  
ret castigaretur ferula, sed etiam  
quod in re tot ferè sunt peccata  
quot verba: Illis castigandis vna  
litura sufficiat! Pudet me in his  
refellendis operam nauare &  
bonas horas tam malè locare:  
quia tamen mei collegæ hanc  
prouinciam mihi demandarunt,  
ne serpat virus & incautos per-  
dat, singulos errores minutis  
punctis non colligam (excrefce-  
ret enim opus in immensum) sed  
summa sequar fastigia, conten-  
tus ero præcipua capita exami-

A iij



nare, vt his veluti signis admonitus lector, in reliquis sit cautior: ex his vnguibus dignoscat leonem! Sunt partes Magistratus in prestigiatores animaduertere qui specie recti ciuibus illudunt.

**T**RIBVS sectis Medicorum Empiricæ Rationali & dogmaticæ tu adiungis Quartam quã vocas Hermeticam quia authorem habeat Mercurium Trismegistum: At Platonici melioris notæ si nescis Quercetane, Trismegistum illum cuius quæ extant scripta nihil nisi altum & sublime spirant, Mosem fuisse profitentur: scilicet intentus Moses regendo populo duræ ceruicis, sese demittebat ad fornacariam, fiebat ex duro sufflo:

Credendum potius Paracelso,  
Alchymiae auctori clarissimo,  
quam tibi qui non meruisti il-  
lius esse suffraganeus : At ille fallacis-  
simus artis primum auctorem  
perhibet Cacodæmonem : lib.  
de origine morb. Inuisibilium  
proinde illius opinione Al-  
chymia à primo inuentore Dia-  
bolica potius quam Herme-  
tica nuncupanda est : Ad imita-  
tionem Legislatorum qui ut au-  
thoritatem suis legibus conci-  
liant, solent earum inuentio-  
nem alicui Numini vindicare :  
Ille mendacem artem auctori  
mendaciorum acceptam tulit.  
Verumtamen esto Hermetica,  
an ob id Quarta secta introdu-  
cenda fuit quæ differat ab Em-  
pirica? Remedia, inquit Gale-  
nus, quædam cum ratione: Alia  
experientia duce sunt reperta:

A v

Hæc in methodum redigi non  
possunt nec arte concludi, quia  
Apodictica disciplina singula  
docet per causam: At Spagyrica  
remedia non sunt cum ratione,  
sed experientia reperta: Occul-  
tæ enim sunt proprietates, Diui-  
næ essentiæ, Hippocratis τὸ  
θεῖον, occultum quid & inex-  
plicabile Ergo sunt Empirica,  
ideoque inartificialia: Itaque  
duo simul peccata committis;  
primum, quod spagyrica reme-  
dia distinguas ab Empiricis &  
quartam sectam introducas: Se-  
cundum, quod Chymiam ve-  
ram artem & scientiam perfe-  
ctam Medendi nuncupes, cum  
neque ars sit neque sciētia. Hoc  
vt pateat euentius quia est pri-  
mū artis principiū, in principiis  
autē cuiusque artis examinādis  
diligēter laborandū iubent Pla-

to & Aristoteles, quia ex vno principio falso aut malè intellecto dependent innumerabiles conclusiones falsæ. Sinat me lector in hoc campo paulò liberius exspatiari.

Tres sunt opifices qui Medico non aliter ministrant quam operarij Architecto, Pharmacopœus, Chirurgus, & Clinicus: Ideo enim Aristoteles Medicinam Architectonicam appellavit quod Medicus præsit & imperet istis tribus artificibus singulisque agendi formulam præscribat: Pharmacopœo, hoc remedium & hac forma ægris exhibendum, Chirurgo, hanc venam secandam, hinc admouendum cauterium: Clinico, hunc victum & hoc tempore præbendum: Atqui Pharmaceutices

duo sunt præcipua officia, vnum  
in delectu, Alterum in præpara-  
tione remediorum: pharmaco-  
poci præparant remedia multis  
modis; Coctione, Infusione, Ex-  
pressionem, Distillationem: hoc po-  
steriore modo solent aquas &  
olea, quæ dicuntur balsamica, ex-  
trahere: vobis cautiore nolunt  
ignem & operam perdere in ex-  
trahenda quinta essentia, quia  
in mundo sublunari nulla est  
substantia ab elemētariis qua-  
tuor distincta, quæ si esset, citra  
controversiam materiæ insepa-  
rabiliter cohæreret, quâdoqui-  
dem omnes formæ physicæ à  
suo subiecto sunt inseparabiles:  
Magna dissensione certant phy-  
sici si ratione & mentis opera  
possint separari, tantum abest  
ut reuera sint separabiles: Ut ut  
sit, ex his manifestum est Alchy-

miam esse minimam partem Pharmaceutices, Distillatores esse ministros Pharmacopoeorum, ut sunt Pharmacopoei Medicorum. Quæ perhibetur à vobis artium Regina, est Pharmaceutices Ancillula: potestis istam partem Pharmaceutices quæ est de præparatione remediorum distillationum multis formulis amplificare & illustrare; Nouam artem constituere non potestis, nisi eodem iure ceteros præparandi modos novas artes facere confiteri velitis. Cur enim nomen artis destillationi concedatur, coctioni, infusioni, aut expressioni denegabitur? Interest Reipublicæ Medicum à Pharmacopoco ita distingui ut vnus præscribat, alter operetur, quia nisi essent distincti artifices posset vterque quando lubet ægrum

impune occidere, possent singuli fel pro melle, venenum pro remedio propinare.

Huic malo ut occurreret Magistratus, voluit penes Medicum esse scientiam & imperium, penes Pharmacopœum operationem & obsequium: si liceat Spagyricis quæ ipsimet domi parat remedia ægris exhibere, quis modus pretio statuetur! Ipsi sterus caprillum inaurabunt & propilulis verè aureis quo libuerit pretio venditabunt: Pharmacopœorum deinceps inanis erit opera, inanes officinæ: Introdacta ista confusione, ordo Reipublicæ iam à multis sæculis probatus subuertetur, afferetque tandem ista insignis mutatio toti Reipubl. manifestum detrimentum, nisi magistratus pro sua prudentia prouiderit: Nostrum est

imminentis periculi illum admonere ne cum acciderit accusetur negligentie, vecordie, aut dissimulationis.

Potestne Respublica carere hac medicamentorum preparatione sine vlla iactura sanitatis? Quidni? Caruit olim Hippocratis & Galeni temporibus: nec minus bene, auisim dicere melius tum fiebat Medicina. Medendi enim perfectio non consistit in varia preparatione remediorum, vt vobis falso persuasum est, sed in dignotione morbi, qui potest dignoscere morbum, inquit Hipp. lib. de arte: potest mederi. Nihil difficilius, nihil in arte medendi prestantius, quam partem affectam, causam & speciem morbi cognoscere: in hoc vertitur summa laus artis, Morbo enim cognito, ars tot suppeditat reme-



dia, tot suggerit preparationis  
modos, ut liceat mediocriter do-  
ctis undique quæ velint selige-  
re, sufflones bonarum artium i-  
gnari existimant. summum de-  
cus Medicinæ consistere in re-  
mediis per destillationem prepa-  
ratis : At inquam isto prepara-  
tionis modo ut caruit olim, ita  
carere potest Medicina: Demus-  
tamen esse utilem neque negli-  
gendum, Attamen operatio  
Pharmacopoeis relinquenda e-  
rit, indigna medici maiestate, cu-  
ius est præscribere non operari.

Quid si inutilem esse pluri-  
que detrimenti quàm commo-  
di adferre Reipublicæ profitear?  
Remedium enim quod mino-  
re pretio comparari potest  
semper est præferendum, si mo-  
dò utriusque par sit utilitas,  
Atqui vulgaria nostra remedia

longe minoris vaneunt quam  
Chymica : Non ita pridem  
conquestus est apud me nobilis  
quidam, quod Medicus Spagyri-  
cus exegisset centum libras pro  
extracto Rhabarbari : Dispe-  
ream, inquit, si magis fuerit  
commota alius quam fimi ca-  
prilli quinque globulis.

Adhæc, remedium quò tu-  
tius eò melius At remedia vul-  
garia quorum maiores nostri  
tulerunt pericula, sunt securio-  
ra : Chymica, præsertim pur-  
gantia, vt Antimonium & præ-  
cipitatum, sunt plena periculi :  
vulgaria si non profint saltem  
non nocent : At Chymica relin-  
quunt malam diathesim, in par-  
tibus nobilibus : Perpauci vñ  
sunt frequenter Antimonio aut  
præcipitato qui immatura mor-  
te non sint sublati : vix attin-

gūt annum quinquagesimum.  
Noui Spagyricos qui ægris ista  
solent imperare, ipsi tamen cum  
ægrotant vtuntur nostris: præ-  
ferunt cassiam Antimonio, sen-  
nam præcipitato; quia omne  
violentum naturæ est inimi-  
cum. Vt natura consistit in me-  
diocritate, ita omni excessu  
corrumpitur: Medici qui ex  
Græcorum & Arabum doctri-  
na faciunt Medicinam sunt a-  
mici naturæ, malunt benignis  
vti remediis quàm deleterijs.  
Malunt bis aut ter benigno,  
quàm semel violento medica-  
mento purgare: Habent ad ma-  
num violenta, vt Elleborum,  
Scammonium, Colochinti-  
dem, Cyaneum lapidem: qui-  
bus tamen etiam correctis,  
vt confectiõibus diagrediatis  
tam multorum seculorum ex-

perientia confirmatis , nun-  
quã nisi magna cautione vtun-  
tur , obseruatis diligenter infi-  
nitis diorismis , viribus ægri ,  
ætate , sexu , temperamento : si  
aliquot granis dosis Antimonij  
aut Præcipitati superetur , mor-  
tis imminet discrimen : Vulga-  
rium remediorum quantitatem  
qui excefferit , non incurrit  
mortis periculum , Atqui Me-  
dicina est ars vulgatissima qua  
docti & indocti vtuntur : Ita-  
que ex Chymicorũ remedio-  
rum vsu certius imminet exitiũ:  
Non dubito quin ista remedia  
à Diabolo sint iuuenta in rui-  
nã generis humani : serpens iste  
maligna excogitauit pro beni-  
gnis , quæ suo clienti Paracelso  
communicauit in vulgus dif-  
pergenda , pauca bona vt aquas  
& olea immiscuit , vt deleteria.

illa essent gratiora.

Succurrit aliud Censura dignum, quod quintam essentiam nomines lapidem Philosophorum & Chymiam: Artem conficiendi aurum, quasi sit ars vna quæ quintam essentiam extrahit & quæ conficit aurum: Ad quem scopulum video fere Chymicos omnes impingere: Atqui vnus artis vnus finis, non possunt eiusdem artis duos esse fines vsque adeò differentes, metalla transmutare in aurum, & quintam substantiam igne elicere: Nam quintam essentiam quærunt Spagyrici ad sanitatem sanis conseruandam & vitam producendam necnō ægris restituendam: At Chrysopœi, lapidem Philosophicum perquirunt vt ditescant, quid enim aliud inuitauit Iaso-

nem ad vellus aureum quàm  
Chryfopœia? Poëtæ velleris au-  
rei figmento hanc artem, si diis  
placet, designarunt. Ægyptij  
infinitos libros de arte trans-  
mutandi mettalla in aurum re-  
feruabant quorum beneficio  
tam potentes erant opibus &  
armis vt Romanorum impetus  
sustinerent: At inquam Moses  
ille ter Maximus erat Ægy-  
ptius, quare ergo relictæ Ægy-  
pto quærebat terram promif-  
sionis cum esset insignis Spa-  
gyricus? An non terra illa pro-  
missionis feracior erat lapidum  
Philosophicorum? an illic do-  
ctius exercebatur Chryfopœia?  
His & similibus nugis ita cre-  
dulos infatuastis vt relictis soli-  
dioribus disciplinis ad deli-  
ram hanc & præstigiaticæ ar-  
tem conuolent, umbras præ-

ferant rebus : factitium aurum  
naturali : Quousque tandem  
permittet Magistratus inani spe  
& vanis pollicitationibus illu-  
di plebi? Quousque licebit in  
foueam calamitatis sese præ-  
cipitem dare? Sanè vt sæuiunt  
leges in eos qui sibi violentas  
manus inferunt, ita puniendi  
sunt adolescentes qui lapidis  
Philosophici inani spe, quò  
cetera metalla in aurum trans-  
formant paternam hæredita-  
tem decoquunt, sed maiori se-  
ueritate coercenda est eorum  
licentia qui editis libris sese  
istius calamitatis fautores pro-  
fitentur : Malè sit arti quæ sui  
studiosos tam miserè perdit :  
peius imprecandum artis Ma-  
gistris qui proprio cauti peri-  
culo, nihilominus suæ pauper-  
tatis quærunt socios. Vnicum

est hoc miserorum solatium  
multos habere pares.

*Felix quem faciunt aliena pe-  
ricula cutum.*

Verum pergamus : Democritus, inquis, in lapidis Philosophici investigatione plurimum sudavit: fuit nobis author tanti boni; Potuitne sentire vobiscum qui rerum naturalium constituit principia à vestris tam differentia ? concretionem enim insectilium corpusculorum fieri omnia existimavit, omnes affectuum & motuum Physicorum causas ad hæc principia reuocavit, At Aristoteles Atomorum figmentum tam sapienter confutavit, corpora naturalia non fieri concretionem sed mixtionem tam docte demonstravit, ut mirer vos



Physicum tam ineptum vestra  
Medicinae authorem profiteri:  
Si in atomos resoluantur & ex  
eisdem oriuntur omnia, falsum  
est omnia in salem, sulphur &  
Mercurium occidere: si vnum  
verum alterum falsum: Atqui  
Democritus qui vobis est au-  
thor singularis, ex Atomis com-  
ponit omnia & in atomos ea-  
dem resoluit: ergo male Paracel-  
sus ex tribus commemoratis  
principijs omnia consurgere  
existimavit.

Ad transmutationem metal-  
lorum & lapidis Philosophici  
perquisitionem opus est visu  
perspicaci, neque enim caecus  
iudicat de coloribus, Atqui  
Democritus dicitur sese ex ca-  
casse vt philosopharetur libe-  
rius: Ergo Democriti Philoso-  
phia non erat Alchymia: sane  
hic

hoc solo quod sibi eruerit oculos ad liberiùs philophandum videtur mihi desipuifse, nec fallebantur Abderitę cum illum solitudines quarentem iudicarent melancholicum. Hippocrates tamen ab illis ad curationem vocatus, inuenit illum occupatum in dissectione animalium, vt eorum naturas scrutaretur: quæ est vera Alchymia. Veruntamen fuerit Democritus Spagyricus, debetne cæcus aliis monstrare viam? quid est quod exemplis non possit confirmari? posticæ Veneri repugnat natura, nullaque voluptas turpior, possum tamen Imperatorum & Philosophorum innumeris exemplis illam suadere: Non est considerandum, inquit Plato quis faciat sed quid fieri debeat: Vide

B

quam longè à tuo scopo & instituto aberraris : Propositum tibi erat commendare cam Alchymix partem quæ versatur in extrahenda quinta essentia ad hominum sanitatem, tu profers exempla insignium virorum qui in lapidis philosophici inuentione bonam vitæ partem traserunt. Quamplures Medici bonæ notæ Mesueus, Actuarius, Rhasis, olea & aquas per distillationem extraxerunt, lapidis philosophici nunquam meminerunt. Ità solent plagiarij qui ex aliorum plumis sua scripta exornant, quæ vndique conuertunt sine delectu collocare. Hæc ferè ad verbum ex cap. 2. lib. 2. Ioh. Mirandulæ de auro transcripisti si quid immutasti, peius reddidisti.

*An ars possit aurum efficere.*

**N**atura est internum , Ars  
externum principium: Na-  
tura res suas perficit & exornat  
essentialem formam, quæ est princi-  
pium efficax & omnium motio-  
num causa : Ars non potest dare  
rebus suis aliam quam aduenti-  
tiam formam seu figuram & cõ-  
positionem : Formarum natu-  
ralium duæ sunt primæ differen-  
tiæ, Natura, & Anima : Ad ani-  
mandum opus , duo præcedant  
necesse est , materiæ certa tem-  
peries & legitima singularum  
partium conformatio : Homi-  
nis artificialis nemo possit sin-  
gula membra, vt ita dicam, or-  
ganisare, multo minus contem-  
perare , hoc est singulis suam  
temperiem dare quæ conueniat

B ij

obeundæ functioni : Homi-  
nem bene temperatum prius  
oportuit , quàm Prometheus  
quem clepserat ignem infunde-  
ret: Non est artifex qui tale quid  
piâ audeat polliceri : Ponamus  
itaque pro rato quod animare  
folius naturæ & Dei sit opus: Re-  
liquum est vt consideremus si  
alterum genus formarum nem-  
pe naturam artifex suis operibus  
dare possit. Res inanimatas, vt  
lapides, & metalla sola regit na-  
tura; ea autem est forma corpo-  
rum simularium, si mauis, Insti-  
tum principium facultatum &  
functionum: Hoc agendi prin-  
cipium vt acquiratur, non est  
neceffe prius materiam esse  
conformatam; neque enim tan-  
tum operæ, & industriæ requiri-  
tur ad opus vilius & abiectius,  
satis est si sit naturæ congruen-

ter temperata : Temperies enim vel est forma ipsa, vel principium ex quo forma procedit, sine qua suas actiones edere non possit : Magnes trahit ferrum vi formæ seu proprietate substantiæ, si eius temperiem violaris litu alij velocymi, sua actione illum spoliatis : Atqui non potest ars dare metallis aut gemis, actionibus obeundis congruentem temperaturam, proinde neque formam ; nisi fortè accidentariam : Vnumquodque per formam est id quod est, Atqui vt res artificiales differunt figurâ, colore, duritie, & aliis accidentibus : Ita naturales, substantiali formâ, quæ sola est efficax, sola materiam communem metallorum in certam speciem adducit. At inquam non potest ars talem dare formam, sed arti-

B. iij

ficialem duntaxat : pingat aut  
sculpat artifex plantam , mus-  
cam , magnetem , nunquam da-  
bit illis agendi principium :  
Planta picta aut sculpta non nu-  
trietur , non accrescet non edet  
ceteras actiones à proprietate  
substantiæ emanantes : Magnes  
sculptus nõ attrahet ferrũ , quæ  
est proprietas specifica à vero  
& naturali magnete inseparabi-  
lis : Laboret Chymicus quan-  
tum volet in auro ex alijs me-  
tallis aut alia quavis materia  
conficiendo ; erit aurum artifi-  
ciale non naturale , factitium  
non nativum , Apparens non  
verum , Fucatum denique & so-  
phisticum ; Erit quidem simile  
auro naturali eiusque speciem &  
imaginem referet figurã , colore,  
duritie : non erit tamen verum  
aurum , quia non habebit auri

temperiem & formam essentialem, nec possidebit eas vires quæ ab auro naturali sunt inseparabiles : Verum aurum exempli gratia est singulare cardiacum, Vitalem facultatem roborat, resistit venenis. Chymicum his viribus non potest esse præditum, quia omnes procedunt a forma naturali, hæc à temperie & certo modo mixtionis, qui auctore Galeno soli Deo & naturæ cognitus est.

Obiiciunt Sophistæ stultum esse pugnare ratione contra sensum, experientiam in agendis esse certam regulam diiudicandæ veritatis : Atqui inquit constat quamplurimos fecisse aurum. Quomodo constat? quorum auctorum fide nisi Fascinatorum? quibus nisi fallacibus experimentis? Aut Magi practi-



giatores spectantiū oculos fascinarent: Aut cautus Chymicus veri auri nonnihil in furnum clanculūm immisit, vt credulos falleret, & in maiorem spem erigeret, atque ita facilius eorum oculos exhauriret: Aut ex metallis per secretionem effecit, non per transmutationem: Vnicuique enim metallo inest aurum, verū alijs plūs, vt aurichalco & æri, alijs minus, vt plumbo & ferro, secerni potest id tantillum quod inest, sed hoc non est aurum facere, sed iam à natura factum separare, quidni in ista secretionem artificiali plures hodie laborant? quia sūptus excedit quæstū: *Cū labor in dāno est, crescit mortalis egestas.*

Confusio: est liquidorū inter se cōmixtio, vt vini cum aquā, hoc modo naturalem mixtionem imitari possunt Chryso-

peccati, sed confusa separari possunt,  
ut hederę vase aqua à vino, non  
enim sunt tota totis permista :  
Argenti viui & auri confusione  
fit aurum quod etiam peritiores  
fallit, Igne tamen à se inuicem se  
parari possunt : quid multa? po-  
test ars naturam imitari, imò ad  
sensum tam bene opus naturæ  
exprimere, ut non possit nisi val-  
de peritus aurifex fallaciam de-  
tegere ; qui potest melius fallere  
spagyricus melior iudicatur. nota  
est Parmenonis historia : In  
publico theatro cum populi ma-  
gno applausu suis grunitum ex-  
primebat, Alter porcellum sub  
palliolo occultauit, qui natura-  
lem grunitum ederet, sperans fo-  
re ut maiore applausu vox natu-  
ralis quam artificialis exciperetur :  
omnes tamen acclamarunt :  
( Nil ad Parmenonis suam ) Igna-

B v

na plebecula, falli & veri nescia;  
sæpe numero artificiale præferet  
naturali: decipitur facile specie  
recti: sed peritis in arte creden-  
dum est, penes aurifices iudici-  
um esto quorum est Chryso-  
pœiæ technas detegere.

Ex his patet quod aurum ar-  
tificiale etiam si veri & genuini  
auri speciem optime referat, ta-  
men non mereri nomen auri,  
quia ab eo quod dat esse sumen-  
da est denominatio: Atqui na-  
turalis forma auri non inest fa-  
ctitio, quia neque temperiem ha-  
bet, neque vires & proprietates  
auri natiui; proinde non simpli-  
citer, sed cum adiunctis debet di-  
ci aurum: Artificiale, Factitium,  
Fucatum, Adulterinum, deni-  
que Sophisticum. Prudenter Se-  
natus extra ditionis Venetorum  
fines, tales aurifices ablegavit,

tanquam adulteratores monetæ  
& perniciem adolescentum qui  
auri amore cœci, paternam hæ-  
reditatem inanisper decoquunt.

*An aurum sit finis omnium  
Metalloꝝ.*

**I**N operibus artis differt finis à  
forma, Nam scrinij forma est  
synthesis, legitima partium dif-  
positio: finis, pecuniæ conserua-  
tio: forma domus est artificia-  
lis structura, finis, nos & nostra  
ab externis iniuriis deffen-  
dere: At in rebus naturæ dif-  
ferunt quidem ratione, sed  
reuera vnum sunt: finis enim  
naturæ generâtis, postalteratio-  
nes multas tandem fit forma  
operis perfecti: Naturæ inten-  
dentis hominem finis est anima  
rationalis, preparatur enim cor-

pus vt tandē illa introducatur  
( est id cuius causa ) cum pri-  
mum illa accessit opusque perficit,  
incipit nomine formæ nuncupari.  
Atqui vniuscuiusque metalli sua est forma per quam est  
id quod est , à propria forma  
vnumquodque metallum proprias  
habet facultates, habet peculiarem  
temperaturam : Ergo generationis  
metallorum non est vnus finis :  
Præterea eadem sunt totum, finitum & perfectum :  
Totum, verò dicitur cui nihil deest,  
proindè cum plumbum sit finitum & perfectum:  
est totum nihilque illi deest,  
quo iure igitur ad perfectius aspiraret?  
In ea forma per quam est veluti in  
extremo fine, conquiescit , Alioquin  
plumbum erit aurum crudum , facietque  
natura prius plumbum , quàm

faciat aurum: At in mineris auri nihil tale obseruatur: Nam si natura transmutaret plumbum in aurum quemadmodum chylum in sanguinem, plumbum proiectum in mineram auri, tandem fieret aurum, aurifica enim vis indita terræ habet materiam idoneam:

Singula metalla sunt substantiæ complete, totidémque metallorum species constituunt: Atqui si vna species in alteram mutaretur, mundus non esset perfectus, cui pars aliqua deesset, sunt enim species illius primæ partes, natura ex hypothesi metalla omnia transformet in aurum (posito enim possibili nihil sequitur absurdi) erit vnica species metallorum. Ergo quia partes mundi ad illius ornatum & perfectionem à natura con-

stituta sunt, illum absentia sua  
mutilum & imperfectum red-  
dent. Ad hæc natura absoluto  
plumbo subsistit, quia habet ex-  
tremum quo referebatur: perfe-  
cto chylo non consistit, sed per-  
git ad sanguinem, quia sanguis  
erat illius finis, Chylus substan-  
tia erat incompleta : Materia  
plumbi tam bene est sub sua  
forma, quam auro sub sua, quia  
utraque habet materiam suo  
modo temperatam actionibus-  
que proprijs obeundis conue-  
nientem : Non est igitur aurum  
finis cæterorum metallorum:  
cumque natura non conetur ex  
plumbo efficere aurum, frustra  
ars illius imitatrix: hoc ipsum co-  
nabitur, efficiet quidem ex alijs  
metallis quidpiam auriforme  
non aurum.

*Chymicorum remediorum cum ordi-  
narijs & consuetis accu-  
rator comparatio.*

Quæcunque mundo sublunari continetur tam animata quam inanimata, occurrunt Medicis ut alimenta, medicamenta aut venena: (Alexipharmaca enim ad venena reuoco) differunt alimenta à venenis, quod illa conseruet, hæc destruant naturam, destruitur a summe contrario, siue sit manifesta qualitate contrarium, ut euphorbium caloris, opium frigoris summo excessu: Siue occulta & specifica vi, ut scorpij venenum, & canis rabies: Medicamenta, alimentis & venenis sunt interiecta ut medium extremis, ἀδίαφορον bono malo, ὄνδρα



reperit sano & ægro : neque destruant naturam vt venena, neque eandem conseruant vt alimenta, per assimilationem scilicet ; sed vacuando noxium aut immutatam naturam ad suam temperiem reducendo : Purgantia vacuant noxium, Alterantia toti vel parti suam naturam restituunt: Purgantium quædam sunt alimentosa, vt prunorum decoctum, Tamarindi, Cassia, Manna quæ si frustrentur suo actu fiunt alimenta: Alia venenata, quæ nisi sint conseruata finem cui destinantur, non aliter quam venena foras excluduntur, alioquin maligna sua qualitate naturam læderent : eiusmodi sunt elleborus vterque, Colocynthis, scammoniū, & lapis lazuli: quibus non vtimur solis, nec nisi diligenter correctis. & præ-

paratis : Vtimur autem correctis magna religione & urgente necessitate: Huc pertinent Antimonium & præcipitatum, quæ etiamnum sanis quotidie præscribunt Chymici ad præcautionem; quamuis authore Hippocrate elleborus datus sanis, colliquat carnem & totum corpus conuellit: Nos præferimus benigna & amica naturæ quæ eccoptica & minoratiua nuncupantur. Regula enim est generalis apud mesuem: Medicamentum eò salubrius esse quò naturæ nostræ est familiarius, deterius autem quò longius ab illa recedit: Minoratiuis tamen sæpe adiungimus, benignis & malignis interiecta: vt Rheum; Agaricum & sennam, iisque vtimur vel solidis, vt Cassia forma boli, aut infusis, aut decoctis, aut in

puluerem cōminutis, quem vel  
alicui conseruæ commiscemus  
& opiatam conficimus; vel cum  
saccharo in aqua conueniente  
soluto in tabellas redigimus.  
Quos præparationis modos ve-  
stris extractis aut distillatis præ-  
ferimus, quia distillatione perit  
vis purgatrix, Recedit enim té-  
peries, a qua substantiæ similitu-  
do, efficiens causa purgationis;  
Similitudo medicamenti cum  
humore purgando distillatione  
dissipatur, perit vis purgatrix,  
quam integrá deponit in aquam  
decoctionis conuenientis. Ex-  
tracta verò sunt calidiora quam  
vt conueniant febrientibus,  
non est tamen acutus morbus  
sine febre: Verè enim catharti-  
ca, quæ purgant cum delectu,  
omnia sunt calida; solentque à  
nobis propterea aliquo refrige-

rante temperari, Rheum, exempli gratia, quia calidum siccum, hepatis calidioris mors est, nisi refrigerantibus temperetur: Vos tamen paratis illius extractum cum aqua vitæ, caloremque novi caloris accessione adaugeris, præstat infusum quàm extractum, longior est, operosior, & carior vestra præparatio, minusque efficax quam nostra: ergo inutilis. Noua placent ad tempus, sed cum amiserunt gratiam nouitatis, negliguntur: Veritas est filia temporis, Nostræ præparationes iam à multis sæculis sunt receptæ & approbatæ: Vestræ, si vt affirmatis veteribus, præsertim Arabibus, fuerint cognitæ, cur iacuerunt ad hunc diem contemptæ, nisi quod tempus demonstrauit hoc inuentum esse inutile, ordinarios & consuetos præparationis mo-

dōs esse potiores, eosque purgandis & præparandis humoribus sufficere: Age. verò à purgantibus ad Alterantia pergamus: Illa conferunt morbis depellendis, manifesta aut occulta qualitate: manifesta vt prima & secunda, Occulta, vt vi & proprietate specifica: Nos morbis calidis, vt intemperici calidæ, inflàmationi & erysipelati, medemur refrigerantium vsu, quæ nostro modo præparamus, malumusque vt succis aut decoctis, quando herbæ suppetunt, quam aquis stillatitijs: quia in destillatis omnibus manet aliquod vestigium calorís quod *εμπρευμα* Greci vocant, nos igniculum, stillatitijs aquis non vtimur nisi cum virentes herbæ non suppetunt: quia quidquid vi calorís sicci elicitur, seipso calidius redditur, Addit semper igneus calor.

aliquid natiuo: Accedat quod frigida refrigerant & calida calfaciunt materialiter non formaliter: pendet enim vis calfaciendi, refrigerandi, humectandi, & siccandi à materia certo modo temperata, quæ temperies, si non perit, saltem minuitur destillatione, salua & integra manet in succo (est enim anima plâtæ) nec non in decocto. Ergo si primis qualitatibus sit pars alteranda, si calidior refrigeranda, frigidior calfacienda, tam sumptis quàm admotis: facile carebimus vestris remedijs: quanquam inopia succorum aut decoctorum lubenter utamur aquis stillatijs. Ars vestra continet pauca bona, quæ nos probamus, lóge plura mala quæ nos damnamus: à maiori autem parte fit denominatio:

propterea artem spagyricam ut  
prauam & inutilem repudia-  
mus: Perge! Secundis qualita-  
tibus medentur quæ emolliunt  
& quæ indurant Ergo iuduruerit  
pars aliqua, interior siue exte-  
rior non refert, emollienda erit  
vel assumpto aliquo emolliente  
ut Amoniaco: vel admoto: non  
sua materia seu face repurgato  
sed sincero & integro: quia  
emollit materialiter non for-  
maliter: materia certo modo af-  
fecta est basis temperamenti, à  
quo omnis actio: formæ enim  
physicæ non agunt nisi adiutæ  
materia certo modo tempera-  
ta: materia non est principium  
quod, omnis enim actio à for-  
ma, sed sine quo non, quia  
nisi illa fuerit certo modo affecta  
& conformata, forma manet  
otiosa: propterea per materiam

definitur, ab eaque ne cogitatione quidem est separabilis: in remedium materia communi, quale vos fingitis, Sale scilicet, sulphure & Mercurio, non remanet nativum rei temperamentum. Cum enim temperamentum pedeat ex modo mixtionis, mixtio ex quatuor primarum qualitatum, calidi, frigidi, humidi aut sicci unione, quod iure in tres substantias sale, sulphur & Mercurium mixta separatis? potestne in singulis totius temperamentum permanere? Quæ mixta constituebant certam temperiem, nunquid eam perdunt separata? placet ne ut aliquot morborum enumeratione demonstrarem & veluti ob oculos ponam, egros à nostris remedijs maius auxilium sentire quam ex spagyricis: Accipiamus in exemplum obstructionem,



est morbus frequentissimus: ob-  
struatur mesenterium, lien aut ie-  
cur, non refert: Tu exhibebis ali-  
quod destillatum, ut oleum aliquod  
chymicum: Ego vero decoctum  
ex detergentibus, incidentibus,  
& aperientibus: quale erit radi-  
cum aperientium & capillarum  
omnium, Agrimonij, Cichorij,  
&c. causam obstruentem ego  
citius & potentius deturbabo  
meo decocto quam tu tuo de-  
stillato: ratio est in promptu,  
quod destillata sint tenuissima-  
rum partium, à fecibus quippe  
repurgata. Atqui vis efficax à  
tali subiecto citò vanescit, ignis  
enim elementaris ideo non vrit  
quia calor est iunctus materiæ  
tenuissimæ; ferrum candens, in-  
quit Aristoteles, potentius cale-  
facit quam accensa palea, quia  
calor densiori subiecto iunctus  
fit ve-

fit vegetior: ignis vrit linteum  
aqua ardens tantum lambit:  
quare aut tuum distillatum pro-  
pter tenuitatem peruadit cau-  
sam obstruentem, vt lux aërem  
& corpus transparentes, puta vitrum:  
aut antequam illam oppugnare  
incipiat tota vis dissipata eua-  
nescet: hic opus est morari: Ac-  
cedat quod omnis actio physica  
fit per contactum. Sint obstru-  
ctæ mesenterij innumerabiles ve-  
næ, quomodo ad omnes ferentur  
aliquot guttæ tui destillati:  
At meum decoctum omnes sub-  
bibit, illic diu morabitur inte-  
gra virtute, per moras tollet ob-  
staculum, mesenterium totum ob-  
structione liberabit. Faciamus  
viscus aliquod vt Iecur, liencem,  
ventriculum inflammati: vena-  
sapius secta & clysteribus inie-  
ctis: ego assumptis, & admotis

C

refrigerantibus melius egro succurram quam tu quinta quavis essentia, quæ calore augebit ardorem. Methodici omnem medendi rationem duobus primis capitibus concludebant, primo ut fluor præter naturam sisteretur, hæmorrhagia omnis, diarrhœa, dysenteria &c. In quo summa laus & difficultas artis: Altero, ut quod contra naturam inest vacuetur. Fluor sistitur astringentibus; Astringentia omnia debent esse terrestris & crassæ substantiæ. Rhabarbarum infusum purgat, quia vim purgaticem deponit in liquorem, substantia sua astringit, astringitione alui fluorem sistit: At vestra remedia hoc potissimum nomine commendatis, quod sint fœcibus depurata, & materiæ crassamêto, distillatione aut extractio-

ne liberata, Acquirunt calorem  
coctione, quæ oportet esse  
frigida, austera, acerba, Er-  
go ars vestra manca est præci-  
pua parte Medicinæ: Crocus  
martis quem tanti facitis, non  
est vestrum inuentum, sed medi-  
corum qui ex Hippocratis do-  
ctrina medentur. Cum Heurnio,  
alchymicæ nimium addicto, ita  
concludamus: Colicos inquit,  
cruciatu quos non potui sanare  
oleo chymico anisi, eiusdem de-  
cocto per sanauit.

*Examen capitis secundi.*

**E**picureis anima fuit profale,  
tibi sal est pro anima; neque  
tantum materia est inanimato-  
rum, vt lapidum & metallorum,  
sed etiam animatorum omnium  
anima. A sale Alchymia traxit

C ij

nomen, sal est Medicina illa singularis quæ à Chymistis tam studiosè perquiritur: est balsamum quo vegetant & conseruantur viuentia omnia, in medio mari pisces generat, si Magnes eò quod trahat ferrum, à multis animatus credatur, nonnè sal potius qui præditus est virtute generandi & conseruandi viuentia omnia animatus censerì debet? hic est qui viuificat, qui calorem impertit, qui campos ridere facit, &c.

Si Campi ipsi tuas de Sale ineptias rident, quidni ridebunt sapientes: qui vt solis dulcibus nutrirì & conseruari docent omnia viuentia, ita falsis & amaris eadem offendi.

*Salsa autem tellus quæ perhibetur amara,*

*Frugibus infœlix, ea nec mansues-*

*cit arando,*

*Nec Baccho genus, aut pomis sua:  
nomina seruat.*

Natura coctionum varias officinas instituit vt defœcicaretur sanguis alimentarius & partibus salis repurgatus dulcis ad partem nutriendam appelleret: Equidem reliquit fel in massa sanguinis, sed paucissimum, vt eo veluti sale conditus, auidius appetatur: Neque tâtula ista quantula est salis portio faceffit in substantiam partis nutriendæ, vi expultricis, vt corpus eterogenes ad sentinam ablegatur: Vrina falsa redditur excrementi sicci permistione, quod in hepate vis sanguifica secreuit, ren attraxit, vt dulcior sanguis in venas distribueretur: lotium salsum renes trahunt, non vt reseruetur ad vsum, sed vt tanquam nô-

C ij

eiuum excludatur, pisces in mari nutriuntur aqua dulci & potabili non salsa: Ergo cum eadem sint principia generationis quæ nutritionis, cum ijs constent uientia quibus conseruantur: generandis autem & conseruandis animalibus sola dulcia conferant, salsa illis sint infensissima: ijs enim animalcula omnia ut vermes interficiuntur, eaque ut hostem capitalem refugiant.

Potest ne Sal esse principium rerū naturalium? Medici iubent ut abstineamus, salsis, salē dūtaxat prò condimento, hoc est paucissimum concedunt: Item animalia perfecta constant duobus principijs, semine & menstruo: Atqui semen fit ex dulcissima & purissima portione sanguinis, quod qui tecum dixerit salsum, rationi & sensui fidem omnem.

abrogabit : Menstrui portio  
quam fecernit natura ad gene-  
rationem & nutritionem fetus,  
citra controuersiam est dulcis :  
portio enim terrestris vt excre-  
mentitia relinquitur, faldedo au-  
tem fit permistione sicci in hu-  
mido : cum igitur generationis  
vtrumque principium sit dulce,  
solis dulcibus constant viuentia :  
si quid salsum forte subfit, id tan-  
quam excrementum & quid ete-  
rogenes subest : Itaque sal qui à  
Chymistis extrahitur ex jis quæ  
vixerunt, est factitius non natu-  
ralis : illi ipsi suo igne faciunt sa-  
les, non secernunt : nam quod  
secernitur actu existere necesse  
est in eo à quo secernitur : Um-  
bri, inquit Aristoteles inopia sa-  
lis naturalis ex arūdinibus vstio-  
ne conficiebant salem quo vte-  
bantur loco naturalis : Vstione

C iij



acria deponunt acrimoniam,  
cetera euadunt acriora: Ca-  
lor viuentis debet esse mo-  
deratus, qui excedit, est febrilis,  
destructor non seruator: sales  
Chymici sunt caustici ( in adu-  
stis enim omnibus manet Em-  
pyreuma. ) Ergo non possunt  
uiuens conseruare: quinimo nõ  
possunt illis nisi contra naturam  
inesse. Belengerius in senatu  
patronus, non ita pridem labo-  
rabat diabete. Renes calidifeci  
intempestiue serum emulgebāt,  
inde lotium multum, tenue, cru-  
dum, denique aqueum: pertæsus  
diuturnitatis, accersuit Turque-  
tum, primæ notæ Chymicum,  
ille verò ( vt suspicor ) cum exi-  
stimaret vrinas crudas ab intem-  
perie frigida ventriculi ortum  
ducere, sales Chymicos præscri-  
psit, quibus æger vsque adeo ex-

arlit, vt nullis refrigerantibus incendium extinguere vnquam potuerit : Vir bonus & pius expertus est in terris purgantis ignis ardorem, quo depurata anima breui ad coelum euolauit : corpus variis salibus condierat ad diurnitatem. Disputationem sic concludamus : Principia debent inesse actu in his quorum sunt principia : sal non potest esse actu in uiuentibus nisi vt excrementum : Ergo generationis & conseruationis non potest esse naturale principium : sales Chymici sunt artificiales, Artificiale non potest esse principium rei naturalis, vt neque ars naturæ : Ergo falso à vobis sal constituitur rerum naturalium principium.

C v

*Examen capitij tertij.*

**V**ulgare nitrum tanti facis,  
tam miris effers laudibus, vt  
non pudeat te illud assimilare  
Sacrosanctæ Trinitati : hoc est  
sacra prophanis & cœlum terræ  
permiscere : est materia pyrij  
pulueris, quo nihil vnquam per-  
nitiosius excogitatum est : Dia-  
boli est inuentum in pernitiu  
generis humani : Illius tamen  
materiam veluti Trinitatis ima-  
ginem nobis adorandam pro-  
ponis : quod in vna hypostasi  
subsint tres essentiæ : Verum  
idem dixeris de mixtis omni-  
bus, proinde nihil habet admi-  
rabile: id enim solū admiratio-  
ne dignum est quod rarum, cum  
incipit esse commune cessat ad-  
miratio : minus tolerabile est

quod subiungis: vt ramus ex arbore ita filium à patre procedere: sunt enim tres personæ distinctæ: Noli iacere falcem in alienam messem, contineto te, si sapias, intra fines medicinæ, ne iuste conquarantur Theologi quod temere in eorum possessionem inuadas. Nitrarij vt conficiant pyrium puluerem sal petrae sua pinguedine repurgant, in defœcata portione obseruas duplicem essentiam, vnã sulphurẽ & inflammabilem cui analogia respondet calidum innatum: Alteram mercurialẽ quæ est aërea & spiritualis substantia, acida tamen, cuius causa nitrum in prunas proiectum non aliter quam castanea crepitat. Ecce Trinitatis mysterium a quo arcetur prophanum vulgus: restabat explicandum quæ substantia Patri,

quæ Filio, quæ Spiritui Sancto  
proportione respondeat: Disce  
sapere ad sobrietatem; ne ridi-  
culis comparationibus dijs vt  
hominibus sis infensus: propero  
ad examē quarti capitis, si prius  
admonuero nitri portionē sul-  
phuream & inflāmabilē calori  
natiuo & humido primigenio  
male comparari, est febrilis po-  
tius iste calor, vltulator, destru-  
ctor quam conseruator: quo  
nullum viuens nutriri potest,  
quod oporteret si cum humore  
radicali tam bene consentiret.

*Examen capitis quarti.*

**N**on minus est ridicula com-  
paratio trium principiorum  
Chymicorum, cum corpore, spi-  
ritu & anima: Comparanda po-  
tius erant cum partibus humo-

ribus & spiritibus quibus solis  
nos constamus : Nam animam  
à spiritu per pauci philosophi di-  
stinxerunt: humoresque præter-  
mittis qui, siue principia spectes  
generationis, semen & men-  
struum, siue humores quatuor  
ad vitam necessarios; præcipuū  
tenent locum in animalium con-  
stitutione : quod magis miror  
cū Chymiam multi α ποτῶ χυμῶ,  
ab humore, nomen accepisse exi-  
stiment : Videris salem corpori,  
animam sulphuri male compa-  
rare, qui superiori capite salem  
dixeris animam viuentium. Tibi  
sal generat, conseruat viuificat,  
perficit omnia At corpus ab alio  
generatur, conseruatur, perfici-  
tur, animatur ! Principia vero  
physica quæ vos ponitis, viden-  
tur nobis tam absurda, vt nihil  
vnquam apud physicos legerim.

absurdus : Aristoteles demon-  
strat principia debere esse prima,  
ex quibus primum fiant & in  
quæ postremo resoluantur om-  
nia, quo argumento aduersus  
Empedoclem cōcludit quatuor  
elementa non esse naturæ prin-  
cipia, quia non sunt simplicissi-  
ma & absolute prima: sunt qui-  
dem corpora prima & simplicis-  
sima, sed non absolute prima,  
quia singula constant materia &  
forma, partibus toto simplicio-  
ribus & natura prioribus. Prin-  
cipia inquit Arist. non apparent  
sensu sed ratione cognoscuntur.  
At vestra principia non tantum  
sentiuntur, sed etiam sunt mixta:  
non tantum constant. quatuor  
elementis in eaque tandem abe-  
unt, sed etiam vnumquodque  
est alterius principium: Nam ex  
sale fit sulphur, ex sulphure spi-

ritus : quæ sunt à natura principi-  
pii alienissima: Adhæc principia  
physica non tantum mixtorum  
sed etiam elementorum debent  
esse communia, alioquin non es-  
sent prima & communissima:  
daretur in natura aliquod cor-  
pus quod istis principijs non  
constaret: Atqui nemo prudens  
dixerit singula elementa consta-  
re sale, sulphure, & Mercurio:  
esset enim effectus simplicior &  
natura prior sua causa: itaque nō  
sunt rerū naturalium principia:  
Præterea non possunt vniri ad  
generationē mixtorū nisi misce-  
antur, non possunt misceri nisi a-  
ctione & perpeffione mutua pri-  
us alterentur, non possunt in-  
ter se se agere & pati nisi fue-  
rint contraria ( neque enim si-  
mile agit in simile ) cum ergo  
sint substantiæ, substantia au-



rem substantiæ non aduerse-  
tur, non possunt esse principia.  
Verum dices; vnūquodque pri-  
mum ex his conponitur in quæ  
postremo resoluitur, Nos au-  
tem mixta omnia in hæc tria re-  
soluimus: Vos inquam resolu-  
tis, non natura: At principia re-  
rum naturalium dicuntur, ex  
quibus res suas natura facit &  
in quæ eadem resoluit: Natura  
multiplici coctione facit sangui-  
nem ex pane, non est propterea  
panis principium sanguinis, ne-  
que secernitur sanguis a pane,  
quia actu in eo non inest, sed cū  
panis multiplici coctione verti-  
tur in sanguinem, materia fit  
actu quod poterat esse: Itaque  
sanguis est in materia panis po-  
tentia, non actu: potentia in-  
quam remota non proxima:  
quomodo iuxta Anaxagoræ de-

cretum à vobis toties usurpatum, omnia sunt in omnibus & ex quolibet quodlibet: facilius est transitus sanguinis in carnem & reditus carnis in sanguinem quam panis in metallum aut metalli in panem transmutatio: tamen cum metallum dissoluetur tandem in elementa a quibus conflatum est, quod terrenum est redditum fuerit terræ, quod aerium aeri, igneum igni, aqueum aqua: fieri poterit (posito enim eo quod fieri potest nihil absurdi sequitur), ut elementa non tantum specie, sed etiam numero eadem concurrant ad generationem tritici, ex quo fiet panis, ex pane sanguis ex sanguine caro: Ecce ut materia prima omnia transformat se in miracula rerum. Quas doctrinæ Peripateticæ delicias præ-

flaret te didicisse quam tartareis principiis tam studiose fauere: vix potest esse constans & permanens edificium quod fundamentis caducis superstruitur: Non possunt esse conclusiones veræ ex tam falsis principijs.

Accedat quod Aristoteles in Metaphysicis generationem distinguat a compositione quod natura sola generet, Ars autem componat: differunt, quod artifex ex duobus actu existentibus res suas faciat, vt Architectus domum ex cemento & lapidibus: Natura generet mutatione potentia in actum, facit enim per alterationes multas tandem vt materia sit actu quod poterat esse Atqui ex tribus principijs iam actu existentibus constituitis omnia: Ergo compositionis non generationis principia assi-

gnatus: quod est proprium artis. falso naturæ tribuitis, compositionem explicatis non generationem. Item si arte secerni possint principia generationis concretionem nata sunt non mixtione: Nam quæ miscentur tota totis, & secundum partes omnes miscentur, non est particula quantumvis exigua quæ non sit, mixta, Apposita quidem & confusa separari possunt, mixta nunquam, nisi a natura ipsa. Aut quæ ponitis principia sunt falsa & temerè conficta, aut mixta non sunt mixta, sed concreta, & per confusionem orta, non aliter quam crama, confusa aqua cum vino.

*Examen capituli quinti.*

**P**ropositum tibi erat Medicinae Prætorum materiam & preparationis modum explicare: quam tu exordiris ab auro potabili: me iudice parum prudenter, quis enim pretio & operis difficultate deterritus tuam Medicinam non refugiat? editus est à quindecim annis plus minus libellus de auro potabili à Præfide quem vestra Medicina ex Croeso Codrum reddiderat (scis quem velim recens enim est memoria) pollicetur omnibus istius auri potu tam longam vitam quàm patribus erat diuinitus concessa primis duobus millenarijs: Adamum ipsum vñ auri potabilis in tam multos annos vitam protraxisse: Obtulerat Regi Henrico tertio cum libello suo, aurum potabile, quo si vteretur, Nestoreos annos

viueret : Rex prudentissimus cum obseruaret hominem in atatis flore fame confectum, iam iam habere pedem in cymba, serua tibi inquit hanc potionem cuius vsu tu ipse tibi vitam conserues : paulo post cum suo auro miser interiit: promittebat alijs quod sibi dare non poterat : Vos tam liberales estis, vt pollicitis ditetis omnes, vel fame vestri omnes pereunt, vel anima exsufflata, vel ignis ardore desiccato copore : si qui sint paulo sapientiores ; vt vitent scyllam, incidunt in Charibdim: vt vitent paupertatem, conuertunt operam omnem ad confectiōem auri, tandemque vt moneræ adultératores cruci affiguntur : Odi sapiētem qui non sapit sibi: cum sint ad singultum siticulosi, alijs auream potionem

exhibent proximus est quisque  
sibi, naturale est malle sibi me-  
lius quam alteri: Age vero mis-  
sis iocis si possint præstare quod  
pollicentur cum ratione disqui-  
ramus. Ego contendo etiam si  
possetis reddere aurum potabi-  
le, tamen ea forma minus esse  
cardiacum quam foliatum aut  
pulueratum, vt solet a nobis  
quotide exhiberi: Modus ille  
conficiendi aurum potabile  
quem tu exponis, non tantum  
longus, carus & difficilis: sed  
vt peritiores Chymistæ affir-  
mât est impossibilis: Esto tamen  
possibilis & vilis pretij, non po-  
test tamen præstare quod polli-  
ceris: vitâ longâ, naturæ & viriû  
robur, conseruationē sanitatis:  
Nam vt succus perhibetur san-  
guis & anima plantæ, sic vis, at-  
que vt dicitis, vita metalli confi-

fit in humido; non tantum humore veluti glutine siccitas terrena continetur, sed etiam inde energia omnis illi accedit: Atqui ut fiat aurum potabile in calcem quinetiam in cinerem redigitur, Ergo humore suo, proinde viribus omnibus spoliatur: Mineralium omnium ut metallorum & lapidum duo sunt principia coniuncta, terrestris siccitas & humor aqueus: Theophrastus appellat terram & aquam: Aristot. Vaporem & exhalationem: differunt tamen quod in lapidibus dominetur siccitas, in metallis humiditas, cuius causa sunt liquabilia: si quis lapis abundet humido pingui instar metalli, est liquabilis: Atqui vestra preparatione exhauritur humiditas omnis Ergo priuatur suo principio actiuo, solum passiuum re-



linquitur : faciamus aurum ut  
 cetera metalla constare hydrar-  
 gyro & sulphure tanquam ma-  
 teria proxima & magis sensibi-  
 li, faciamus calcinatione non  
 spoliari istis duobus principijs  
 sed vtrumque integrum rema-  
 nere post præparationem : vitali  
 facultati ex argento viuo & sul-  
 phure quodnam robur accedere  
 potest? Si quam habebant vim  
 cardiacã, illa disparuit incinera-  
 tione: præstat igitur dare aurum  
 foliatum aut pulueratum quàm  
 liquidum. De perlarum magiste-  
 rio & lapillis pretiosis idem esto  
 iudicium, quibus incineratis  
 non potest vis non deperire.

*Examen capitis sexti. 2<sup>o</sup>*

**S**ane non potest aurum pro  
 merito laudari, est enim ani-  
 ma ge-

ma generis humani cuius præ-  
sentia viuimus eiusdem inopia  
morimur : priuatus auro est cor-  
pus absque anima : Verum ne-  
que videtur conferre vitæ pro-  
ducēdæ, neque roboranda: Vi-  
ta consistit in permanfione calō-  
ris in humido, primigenij humo-  
ris, qui assidue dissipatur repara-  
tione vita conseruatur : Est na-  
turale balsamum, cuius iacturam  
ars quantum potest refarcit, re-  
ponit enim aliud simile in lo-  
cum deperditi : balsamum hoc  
artificiale petendum est potius  
ab his quæ vixerunt : plantis sci-  
licet & animalibus, quam a me-  
tallis & gemmis , facilius enim  
est transitus inter ea quæ sub-  
stantiæ aut qualitatis simbolo  
communicant : Accedunt pro-  
pius ad naturam nostram ani-  
malia quam plantæ , Plantæ  
D

quam metalla : Itaque balsamum artificiale potius ab animalibus & plantis, quam a metallis aut gemmis petendum est : Conseruatur vita assimilatione alibilis succi, Assimilari non potest uiuenti quod nunquam vixit, quia deest illi vitale principium, quemadmodum in ambustis manet ignis reliquæ, qui etiam in animalium stercorebus vitalis caloris vestigium relinquitur, a quo infiniti generis animalcula generantur, ita vitalitatis radicale principium occultum latet in omnibus quæ vixerunt, cuius causa facilis eorum est transmutatio, quod principium deest ijs omnibus quæ nunquam vixerunt, cuiusmodi cū sint metalla & lapides pretiosi : Haud dubie carent assimilationis primo fundamento : Na-

rara medica, Ars tantum illius  
ministra: proinde ars non potest  
dare quod natura denegavit: au-  
ro & gemmis non inest vite prin-  
cipium, quomodo igitur sumpta  
vel admota facultatem vitalem  
roborabunt. Consiste igitur no-  
biscum in Hippocratis & Galeni  
Medicina, quæ mauult ex plan-  
tis & Animalibus eorumque par-  
tibus petere materiam alimen-  
torum & medicamentorum quã  
ex metallis & lapidibus: quia  
sunt familiariora & magis amica  
nostræ naturæ: fortassis materia  
chirurgica ex his commodius  
petitur, quæ in aduouendis re-  
medijs tota vertitur, sed materia  
medica, quæ in assumendis con-  
sistit, potius ex plantis quam ani-  
malibus requirenda.

D ij

*An extet quinta essentia in mundo  
sublunari.*

**N**ihil tam pertritum quam  
quinta essentia, nihil tamen  
etque dubium & ignotum. A vul-  
go chymici, Spagyrici nuncu-  
pantur, quasi quintæ essentiæ ex-  
tractores; Ego verò non extare  
in mundo elementari quintam  
essentiam demonstrandum re-  
cipio, nomenque Spagyrici esse  
prorsus inane contendo, cui nul-  
la res subfit, est titulus sine re.

Non est dubium ex quatuor ele-  
mentis à cœlo hic fieri omnia,  
concurrit autem cœlū ad gene-  
rationē mixtorū vt efficiens, non  
vt materia: efficiēs autem est cau-  
sa externa, nam ex quatuor cau-  
sarū differētijs, dux sunt internæ  
materia & forma, totidem ex-  
ternæ, finis & efficiens: Cœlum  
autem non misceri quatuor ele-

mentis Aristoteles ex hoc demonstrat quod sit ἀσύμμετρον Incomparabile, improporcionatum: Sola autem σύμμετρα miscentur, Appellat symblita quæ communi materia participant: Atqui cœlorum materia est loco mobilis, non mutabilis, habet potentiam ad ubi non ad esse, vt loquitur D. Thomas, non habet adiunctam priuationem, principium malificum, cuius causa assidue mutantur quæcumque ex elementorum mixtione orta sunt: immixtum igitur cœlum concurrat ad generationem mixtorum, vt efficiens, non vt forma aut materia, vt externum non internum principium: non sum nescius animam mundi per vniuersum, diffusam Platonicos inducere, cuius participatione fiant omnia animalia &

D. iij.

viuant : Verum si diffusa est anima per elementa , quidni illa animata ? Cum sint contigua non continua, distincta qualitatibus tam materialibus nempe grauitate & leuitate, quàm formalibus: calore, humore, frigore & siccitate: potestne omnium communis esse forma præsertim quæ sit anima ? Stoici fingunt ignem quendam opificem quem appellant causam continentem seu conseruatorem vniuersi, hunc, ignem esse spiritalem & calidam substantiam dispersam per vniuersum quæ generet omnia ex quatuor elementis: Verùm Aristoteles agnoscit quidem opificem calorem qui vbique gentium & locorum tam animata quàm inanimata generat , verum non appellat illum substantiam, sed æ-

accidens, non existimat hîc permanere, sed quotidie cœlorum motu nouum excitari, qui cœlitus descendat ad conseruationem elementaris mundi: Quatuor igitur sunt essentię duntaxat quę conueniunt ad generationem mixtorum omnium: Cœlum qualitatem tantum, nempe calorem contribuit, nullam substantiam. Consideremus diligentius si in mixtis ipsis præter elementares quatuor reperiri possit quinta essentia. Constam<sup>9</sup> partibus, humorib<sup>9</sup>, & spiritibus, spiritus sunt ignei aërei, minime cœlestes, fit enī animalis ex vitali, vitalis ex naturali, qui nihil est aliud quam vapor sanguinis. Atque substantia vaporis citra controuersiam est elementaris: nemo vnquam vaporem dixit cœlestem. Itaque in mundo su-

D iij



blunari nulla extat quinta essen-  
tia : vt autem sol suo calore sus-  
citatè terris halituū duo prima &  
præcipua genera ad quæ cætera  
referri possunt, vaporè aqueum,  
& exhalationem partim aëriam,  
partim igneam : ex vapore fiunt  
meteōra aquea , pluuia , nix  
grando : Ab exhalationis parte  
ignea , cometa , stellæ caden-  
tes, trabes ; parte aërea, venti :  
Ità vos de mixtis igne artificiali  
excitatis vaporè, materiam pro-  
ximam aquarum : & exhalatio-  
nem : quæ si fuerit pinguis & ole-  
osa producit olea , si tenuior &  
ficcior, spiritus : At hic nihil nisi  
elementare, in his artis operibus  
nulla quinta essentia : Inerant  
meteōra in vapore & exhalatione  
verum potentia non actu :  
proinde ab iis malè dixeris se-  
creta : quo iure igitur Alchymia

extrahet quintam essentiam ab  
 elemētatis cum natura ipsa non  
 possit? Forma mixti vel est tem-  
 peries, vel temperiem proxime  
 sequens essentia: Atqui tempe-  
 ries dissoluitur secretionē: ergo  
 forma Physica est inseparabilis  
 a materia: vt desinant posthāc  
 spagyrici moliri secretionem  
 quintæ, id est cœlestis substatiæ:  
 Sola quippe mens cœlitus in-  
 fluit, cœteræ formæ sunt ele-  
 mentares, vt connascuntur ita  
 commoriuntur materiæ; Sola  
 mens inquam est separabilis:

*Similibusne, an contrarijs remedijs  
 morbi sint profligandi.*

**P**Rimum medentis confi-  
 lium est inuenire remedium,  
 quod depellendo morbo sit ac-  
 commodatum: Idem est pro-

D v

positum chymicorum, idem, scopus, verum longe diuersa via ad istam metam contendimus: illi enim vsu similibus conantur morbos superare, nos contrarijs oppugnamus: Hanc Hippocratis doctrinam morborum inductione Galenus multis locis sed ex professo lib. de constitutione artis demonstrauit: Viæ sunt tam differentes vt si hac infiltēs via ad metā perueniat, qui altera incedit ab ea longe aberrabit: Si Chymicus similibus expugnet morbum, Hippocratis sectator nunquā vsu contrariorum eundem expugnabit: proinde qui doctrinam Hippocratis inuictis argumentis confirmarit: ille eadem opera Chymicam confutabit: Age vero.

Contrariorum contraria sunt consequentia, sanitas seruatur

similibus, Ergo morbus contrarijs depellendus : Item vt sanitas in mediocritate consistit, ita morbus in excessu aut defectu: Atqui excessus omnis augeatur simili: Qui calefactum calefaciet, addet ignem igni, incendium simili non extinguet: morbos à repletione sanat inanitio, morbos ab inanitione repletio: quis enim nisi demens ad singultu famelicum inedia percurabit? Ad hæc alimenta differunt à venenis quod hæc naturam destruant, illa conseruent: medicamenta vero vtrisque in teriecta, neque corrumpunt naturam vt venena, neque eandem confirmant, vt alimenta, per assimilationem scilicet, sed per vacationem noxij, aut alterationem: non vacuatur noxium simili, quia omnis actio à contra-

riō, simile non agit in simile. Alteratio vero est qualitatis in contrarium mutatio, vt calidi in frigidum, humidi in siccum: ergo morbi contrarijs non similibus remedijs sunt depellendi: Audio quid aduersarij sint responsuri: Natura inquit morborum Medicatrix, Medici illius tantum ministri: Naturam qui dicit vires dicit, seu facultates à quibus totum corpus gubernatur: Nos vero naturam morbi violentia propemodum prostratam erigimus similibus, imbecilliores vires firmamus, Denique facultatibus omnibus robur addimus: Natura nostris auxilijs roborata hostem potentius expellit: proinde nostris remedijs si nõ per se primo, saltẽ ex accidenti, si non directe, saltẽ oblique morbi profligantur.

Egregiū sane responsum: No-  
bis idem est consilium vobis-  
cum, seruare vires & morbum  
oppugnare, sed morbum op-  
pugnamus suo contrario, vi-  
res seruamus simili, nempe ali-  
mento non medicamento. Imo  
si fieri possit deligimus reme-  
dium quod sit quodam modo  
dissimile; substantiā cum natura  
consentiat, qualitate dissentiat a  
morbo, vt sit in medicamento  
alimentum, Alimentis vtimur  
quæ refrigerent si morbus fuerit  
calidus, quæ calfaciant si mor-  
bus frigidus, vt substantia sua per  
assimilationem roborēt natu-  
ram, qualitate vero contraria,  
morbo & morbi causā resistat:

Hydrops ad matulā cui trans-  
fuga iste Turquetus tot Salium  
speciebus medebatur, ortum  
ducebat ab intemperie renum

calida sicca, simili remedio  
nempe valde calido ignem au-  
xit in suo foco, addidit oleum  
camino: naturam ergo non ro-  
boravit, sed funditus destruxit:  
Dispercam siquid vnquam lege-  
rim ista doctrina futilius: Ana-  
xagoræ tolerabilior erat opinio  
de niue nigra, aut Zenonis de  
quiete vniuersi.

**N** Equis existimet imponi pa-  
racelso, quod suam Medi-  
cinam diabolicam candidè pro-  
fiteatur, adscribam eius verba  
ex libro de origine morborum  
inuisibilium. pag. 238.

*Hoc in cordibus nostris medite-  
mur, quod Deus Medicinã creauit,  
quare a characteribus quos describo  
si quid boni accidat, id vobis sit tan-  
quam fœnum aut gramen: Etiam si  
meri Diaboli essent, sint vobis tan-*

quam theca Pharmacopœorum: Hoc  
fundamentū statuite: salus ex inimi-  
cis nostris & de manibus eorum qui  
oderunt nos.

Potuitne evidentius confiteri  
suam Medicinam esse Diabo-  
licā? Perniciosus nebulo suadet  
vt Cacodæmonis auxilium im-  
ploremus ab eoquē sanitatem  
requiramus; abutiturque mali-  
tiose autoritate sacræ paginæ:  
subiungit rationem. pag. 241.

Quid aliud nobis indicatur hoc  
præcepto: Omnia probate quod  
bonum est tenete, quam vt si possi-  
mus, Diaboli artes omnes ediscamus?  
Artibus autem vramur & Diabo-  
lū omittamus: Discendæ nobis sunt  
omnes artes, omnia tentanda: Ideò  
enim nati sumus vt minor discat a  
maiore, Diabolus est doctior nobis,  
proinde si illius artes callemus, Deum  
non offendimus: Licet autem nos



*sint similes nostris sunt tamen cognata: quod si pro herba verbum exhibeat, id sit pro herba: nemo tamen existimet verba & characteres esse Diabolos, verba sunt illius species, characteres sunt composita, sunt Syrupi. Talia autem nascuntur in regionibus ubi degunt.*

Potuitne dici aut excogitari quidquam infulsius aut monstrosius. Hæc opinionum portentosa. *Non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes.* Non tantum confitetur se Diaboli discipulum, a quo Medicinam didicerit, sed inuitat omnes ad querendum talem magistrum: Sequitur demonstratio. pag. 244.

*Cum tam mali quam boni spiritus creaturae Dei sint, creatura quoque Dei erit quicquid illi possunt: Nemi- ni cura sit unde bona adueniant: Nam siue a bonis siue a malis spiriti-*

bus procedant. Certum est quod à Deo sunt: Nam si non probaret artes Diaboli, momento eas excinderet, quod non excindit, certum est quod non odit, imò quod faueat illis: Porro quid mali in his artibus? nihil equidem nisi quod eas deprauamus ipsi.

Demōstratio eiusmodi: Quicquid a creatura Dei proficiscitur habendum est tanquam à Deo ipso profectum: Atqui tam boni quam mali spiritus creaturæ Dei sunt, ergo artes omnes quæ nobis tam a malis quam à bonis spiritibus contingunt habendæ sunt tanquam a Deo profectæ. Hinc tandem concludit benè longo sermone Magiam non minus amplectendam quàm Christi religionem vtrunque enim a Deo: quamuis magia a malo, religio a bono sit profecta spiritu: ceremoniis vtramque depruari.

quæ sunt hominum inuenta,

Talefacinus quis non iudicet vindicibus flammis expiandum? An non liber iste cum suis sectatoribus publicè comburendus? Nemo posthac miretur si ab ista doctrina tantoperè abhorreat Collegium Medicorum Parisensium: de cuius sectatore Quercetano, quinetiam de Alchymia, tale tulit decretum,

SCHOLÆ PARISIEN-  
SIS IUDICIUM, DE AL-  
chymia Quercetani.

**C**OLLEGIVM Me-  
dicorum in Acade-  
miâ Parisiensi legitime  
congregatum audita  
renunciatione Censurum, quibus  
demandata erat pronuncia exami-  
nandi librum Iosephi Quercetani de  
materia, & præstantia veteris Me-  
dicina: non tantum Quercetani li-  
bros spagyricos damnat vnanimi  
consensu, sed etiam artem ipsam spa-  
gyricam: Omnesque Medicos qui  
vbiqûe gentium & locorum Me-  
dicinam exercent hortatur, vt ex  
Hippocratis & Galeni doctrinâ fa-  
ciant Medicinam. Quinetiam pro-  
hibet, nequis ex hoc Medicorum Pa-  
risiensium ordine, cum Quercetano,

alijsue Spagyricis, aut à facultate  
non probatis consilia Medica ineat:  
qui secus fecerit, Scholæ emolumētis,  
& Academia privilegij priuabitur,  
& ex Medicorum regentium  
albo expungetur.

Datum Lutetia. In Scholis superio-  
ribus, die 9. Septembris anno  
salutis. 1603.

G. HERON. Decanus.

*Errata sic corrigito.*

**P** Ag. 3. pro sufficium lege sufficientiant pag. 4 pro lutatiæ, lege lutetiæ: pag. 10. pro θεῖον lege θεῖον pag. 12. pro distilatione lege distillat. pag. 18. pro colocinthidem pag. 23. pro catum, lege cautum pag. 39. pro ἀδιάφορον lege ἀδιάφορον pag. 42. pro decoctionis, lege decoctionis: